



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Assertio Omnium Articvlorvm M. Lvtheri, Per Bvllam Leonis X. Novissimam Damnatorvm

Luther, Martin

[Basel], 1521

VD16 L 3876

Tricesimvs Nonvs. Animae in purgatorio peccant sine intermissione
q[uam]diu quaeru[n]t requie[m] & horre[n]t poenas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33308

ARTICVLORVM DAMNATORVM

TRICESIMVS OCTAVVS.

Animæ in purgatorio nō sunt securæ de sua salute, saltem omnes, nec probatum est ullis aut rationibus, aut scripturis, ipas esse extra statum merendi aut augendæ charitatis.

nota ex 2016

TRICESIMVS NONVS.

Animæ in purgatorio peccant sine intermissione q̄ diu quærūt requiē & horrēt pœnas.

QVADRAGESIMVS.

Animæ ex purgatorio liberatæ suffragijs uiuentium minus beātur, q̄ si per se satisfecissent.

Dictū & factum Papæ p̄ regula obtrudūt fidei.

Hos tres articulos disputauī, p̄testatus me esse rerum istarum ignarum, nec adhuc probatū aliqd̄ inuentum, nisi q̄ illi, dictū & factū Ecclesiæ, id est, Papæ & suorū somniatorū, mihi p̄ regula fidei obtrudūt, qd̄ cōtemno, cum ergo nihil certi, possim hic docere, satisq̄ disputauerim alias, merito quiesco consulēs oībus, ut ea, quæ agūtur cum animabus diuino iudicio cūmendēt, sciantq̄ Papam cum sua Ecclesia m̄lo minus de his rebus nosse, q̄ ullus de minimis fidelium Christi, ideo suas Bullas in hac re uere esse Bullas, immo minus q̄ Bullas, cum nesciat miser, quid loquatur, aut de quibus affirmet.

*proammabg no
ofamg*

Bullæ sunt Bullæ.

QVADRAGESIMVS PRIMVS ET VLTIMVS.

Prælati Ecclesiastici, & principes seculares non malefacerent si omnes saccos mēdicitatis delerēt.

Saccos dele- re.

Quam Elegantialis, & Rhetoricalis, & Artificialis, & Proprialis, uereq̄ Papalis cōclusio articulorum, plane digna, quam sanctissimus Vicarius dei proferat. Saccos mēdicitatis delere, dicitur per metaphoram, quia sacci sunt sicut tabulæ uel scripturæ aut picturæ quæ deleri possunt.

*omne saccos me
dicitur delere
omne hęc dicitur*

Quid